Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26468
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Cum imminente morte animę a corpore se
parant angelos ibi adesse fatendum est.
qui ereuntes a corporib' iustorum animas suscipi
ant & piorum receptaculis introducant. Unde cum
in euangelio mentio diuitis & lazari pauperis age
ret. sic scriptum est. Contigit mori inopem illum.
& ferri ab angelis in sinum abrahę. Qua sententia
uerissime confirmat. qd in separatione sanctarum an
marum a egressu a corpore angelorum semp habeant
excubię. Nam & sanctus augustinus ex illa opinione
disserens qua uoluit ostendere. si sciant mortui
qd agant uiui. hoc quoq; in disputatione predicte
questionis interserens dixit. Nisi enim essent angeli
qui possent interesse uiuisque & mortuis locis. non
dixisset dns ihc. Contigit autem mori inopem illum.
& ferri ab angelis in sinum abrahę. Nunc quoque hic
nunc ibi esse potuerunt qui hinc illuc quem dns
uoluit abstulerunt. Item idem doctor in libris de sancta
trinitate sic dicit. Qui cum quoque die in diem
proficiendo renouatur in [illegible] agnitione dei iusti
cia & sanctitate ueritatis. [illegible] transfert amorem a temp
oribus ad eterna. Inquibus profectus est et accessus tenens me